

Ferdinandus II. & Domus Austriaca in dicto Regno habent, &c. Francofurti 1620.

Porro haec controversia in utramque partem late pertractabatur occasione dictorum sub Ferdinando II. motuum, quorum Scriptorum prolixum Catalogum dedit Ill. HOFFMANNUS in *Biblioth. Jur. publ.* p. 206. seqq.

Cum primis vero memorandi notis sunt Melchioris GOLDASTI Commentarii de Regno Bohemiae incorporatarumque Provinciarum Iuribus ac Privilegiis, nec non de hereditaria Successione Regiae Bohemorum Familiae; atque ex recensione & cum Notis Dn. Ioh. Herm. SCHMINCKII, Francofurti ad Mœnum, 1719. fol.

Nostro quoque tempore egit causam Austriacam Dn. GLAFEY in *der pragmat. Geschicht. der Cron Böhmen* passim, praecipue vero *Cap. 18. Th. 12. p. 235. seqq.*

(2) Equidem jam non ad manus est Ferdinandi III. Imp. qua Regis Bohemiae edita Ordinatio provincialis renovata; ejus tamen locum subire tantisper potest Ordinatio provincialis renovata Marchionatus Moraviae de A. 1628. cujus Titulus: *Von der Erb-Succession im Marggraffthum Mähren*, tangit quoque Ius haereditarium Domus Austriacae in Bohemiam, atque, post multa alia, haec habet: *Da doch aus obangeregter guldener Bull und andern Fundamental-Gesetzen, in Ihrem wahren und unverfälschtem Verstand ganz klärlich erscheinet, daß denen Ständen und Inwohnern des Königreichs und incorporirter Länder, die Wahl eines Königes ehe und zuvor nicht gebühret, als wann kein Erbe aus dem Königlichen Geschlecht, Geburt, Saamen und Geblüt, Manns, oder Weibs-Personen vorhanden, noch zu erwarten, oder aber mehrgedachtes Königreich etwann durch des letzten Erben*